



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

vj. Ad febrem canis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

*Quo tempore educendi sint canes
in venatum.*

VTile est, adeoque necessarium subinde in venationem educi canes. Nam si ab ea aliquandiu abfuerint, pigriores tardioresque euadunt.

*Quod utile sit assuefieri canem ut cum
homine dormiat.*

CANES cum homine dormire, bonū est. Inde enim mansueti euadunt, ac amare homines impendio occipiunt; ad hæc faciliter vocantur.

Ad febrem canis.

FEBRI laborare canem his signis deprehendes. Aures demittit: tristitiam præ se fert vultu, nec dormit, igitur ex auribus sanguinem detrahes. deinde olei rosacei vncias duas cum vino decoquens, ter interdiu infundes, aut rosaceum cum duobus ouis permisce, atque infunde.

Ad calores nimios, ac dolores canum.

QUAM calore nimio canis premitur, hanc medicinam facito. Rumaticem herbam pulcre maceratam ac tritam cum duobus ouis & butyro, atque vini Siculi uno sextario admixto, vna cum pipere communi, da illi bibere. Si vero æstu

Y